

CATENÆ instar petitiones Dominicæ orationis cohærent.

Gloria Dei & bonum publicum omnibus
anteferenda bonis: ut vel ex queri-
monia illa patet Amos, 6, 6.

Id verò à nobis fieri non potest ad omne
malum pronis; nî Dominus ver-
bo & S.S. nos regat: commodis-
simè igitur subijcitur secundum
votum, *Veniat regnum &c.*

Regnum Dei verò ut veniat, & regnum
Christus suum inter nos & in nobis
habeat, necessarium est, ut subijcia-
mus nos ejus voluntati: at rex igitur
tertium votum,

Fiat voluntas tua &c.

Ideoque isthæc petitio dependet à regno
Christi, nec ab eo disjungi po-
test.

De qua modò petitione divina favente gra-
tia agemus: & quia bi membris
est, explanatur tumus,

I. *Petitionem ipsam: ubi de Dei volun-
tate erit dicendi locus.*

II. *Exemplum Angelorum: quod à Chri-
sto amplificationis ergò additum
est.*

De I.

De versione petitionis hujus in vernaculam
nostram inter omnes constat.

Versio tamen ea quæ tam particulam ἀπόδο-
τως exprimit, quam προθέσεως, præ-
stat altera vulgata.

Eccc 2